



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniae, 1657

§. 239. Vnus autem ex his, qui pendeat latronibus blasphemavit eum. v.
39.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

§. 239. *Vnus autem ex his, qui pendebat latronibus blasphemauit eum. v. 39.*

Cum Christus Dominus omnibus haecenus admotis machinis diaboli & inferni arietatus, nondum frangeretur, nouum tormentum insolens & inauditum adinuenit, nempe vt vnus sceleratorum à sinistris pendens latro in cruce, cum Domino etiam altercaretur plane sine causa, sine ratione, proscindendo eum & calumniando, cum potius deberet obedientiam in pœna habere aliquem affectum bonum. Solent enim ægri & captiui captiuis, & similis fortis suæ fortis hominibus magis fauere, ex gr. quam diu aliqua persona est ancilla, fauet ancillantibus magis, quam dominantibus si eadem fiat Domina domus iam fauet Dominantibus contra ancillas. Itaque iste latro post omnes suas nequitias plane naturæ cursum in se abnegauit, & ideo singulariter iudico, eum à dæmonio fuisse illa hora gubernatum, quando ita contra naturam egit, & forte, dæmonem Iuda iam dirupto in hunc nouissime intrauit.

O Domine, quid hoc est? nonne satis erat Principes Sacerdotum & populi, cum Scribis & Phariseis, totaque spectantium turba, tibi illudere, & statum, personam, conditionem, doctrinam, miracula, ceteraque omnia in te lacerare, nisi & hic homo vilissimus & perditissimus latro, in eadem tecum damnationis pœna constitutus, diabolica te lingua conscinderet? O quam grauius hæc blasphemix & maledicta manuetissimi Iesu cor sauciarunt! nam maledicta coniecta in calamitosum hominem, & miserum, magis pungunt, quam ipsa calamitas, tantoque penitus dissecant cor, quanto naturalius & misereri miserorum, quam eis insultare. Domine propono nunquam afflicto, addere afflictionem, maxime, si sem in eadem afflictione cum alio. hoc enim nimis est diabolicum.

§. 240. *Dicens, si tu es Christus, saluum fac teipsum & nos. v. 39.*

O peruerse & perditè homo, cur tu sic loqueris? an putas te gratiam aucupaturum apud Iudæos blasphemantes Christum? frustra, ipsi non sunt Domini terræ, vt possint te liberare, sed Pilatus. iste autem magis fauet Christo, & eum tamen non voluit liberare. An os te vis tempus, quod tibi longum sit eo modo breuiare & mollire? Ah! isto modo id non allequeris, sed cruciatus corporis augebis noua crucifixione conscientix tuæ. An forte efferatus es, vt instar canis rabidi mordeas quem primum potest an quia ceteros calumniantes Christum times, ideo Christum patientissimum aggredieris, impune aggressurus eum, non alium ita? sane tunc adhuc